



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 85. Eugenius IV. in Papam electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.** ca S. Joannis in Laterano ante Aram, ubi  
**A. C. 1431.** capita SS. Apostolorum Petri & Pauli re-  
 posita sunt, sepultum quiescit. Ex om-  
 nium Scriptorum testimonio Pontifex iste  
 plurimis virtutibus resplenduit: Reddidit  
 etiam Ecclesiæ unionem, Italiæ pacem,  
 & Romanæ urbi pristinum suum splen-  
 dorem. Nonnulli tamen lucri cupidum con-  
 viciantur, quos tamen valide redarguit S.  
 Antoninus, palam testatus, cunctas facul-  
 tates ab eo adversus Ecclesiæ hostes, at-  
 que ad restaurandas Ecclesias, Urbemque  
 pluribus ædificiis augendam quam utilis-  
 sime, impensas. Platina infractum hujus  
 Pontificis animum, summopere commen-  
 dat, eoquod funestam mortem duorum,  
 utut sibi carissimorum Fratrum (quorum  
 unus natu major Jordanus Princeps Sa-  
 lernitanus peste, alter junior Laurentius  
 in quadam turri flammis extinctus est)  
 æqua, ac prorsus immota mente tulisset,  
 & nihilo secius rebus Ecclesiæ constan-  
 ti sollicitudine insudasset.

## §. LXXXV.

*Eugenius IV. Papa electus.*

**Onuphr. de Justis Martino V. persolutis, Sacra Se-**  
**Rom. Pontif.** des decem duntaxat dies vacabat.  
 Prima Martii nonnisi quatuordecim Car-  
 dinales conclave ingrediuntur, nam quin-  
 que ex Collegio aberant, præter alios  
 qua-

quatuor, qui a Papa defuncto creati qui-  
dem, necdum denunciati erant. Spon-  
danus refert, quod altero post hujus obi-  
tum die Successor electus fuerit: Dupinus  
autem hanc electionem usque ad quar-  
tum Martii protrahit. Igitur Cardinales  
eligunt Gabrielem Condulmerium Vene-  
tum, cuius Pater nomine Angelus Gre-  
gorii XII. ex Sorore nepos erat. Hic ex  
Canonico Congregationis S. Georgii in  
Alga a Gregorio Papa primum Protomo-  
nstrarius Apostolicus, postea Thesaurarius,  
dein Episcopus Senensis, & demum Car-  
dinalis renunciatus, sub Martino V. Mar-  
chiæ Anconitanæ Legatione functus est,  
tandem nomen Eugenii IV. & die unde-  
cima Martii Pontificiam coronam acce-  
pit, anno ætatis quadragesimo octavo.  
Narrant Historicorum nonnulli, Cardina-  
les, antequam ad electionem procede-  
rent, statuisse inter se, ut imposterum in  
literis Apostolicis apponерetur: *De con-  
fensu Fratrum nostrorum*, cum prius solum  
fuisset additum: *De consilio..* Adhuc alios  
condidisse articulos dicuntur, scilicet, ut  
Papa non posset creare novos Cardinales  
absque consensu antiquorum, item ut me-  
dia Patrimonii Ecclesiastici pars in suspen-  
tionem & stipendia Cardinalium impen-  
deretur. S. Antoninus tit. 22. cap. 10. qui  
fæpenumero Papam convenerat, illius

Rr 3

chari-

Sæcul. XV. charitatem, ardorem, ac zelum præclaris  
A. C. 1431. celebrat elogiis.

## §. LXXXVI.

*Seditiones Romæ ad initium Pontificatus.*

*Platin. in Eugen. IV.  
Blondet. 3.  
Decad. 4.*

Post hæc populus nimium credulus ad infaustum Pontificatus omen referebat eclypsin Solis, quæ eodem, quo obiit Martinus V. die contigerat, ac si non tam illius mortem, quam temporum sub Eugenio calamitatem, ac imminentia mala denuntiasset. Huic accessit, quod Eugenius in primo, quod publice celebrabat, Consistorio fatiscentibus ob innumeram pene populi frequentiam trabibus, tam insolitus timor omnes adstantes incesserit, ut fugientium pedibus quidam Episcopus omnino obtritus perierit. Demum Pontificatus initio Columnenses Martino V, sanguine juncti seditionem civilem Romæ suscitarunt, arrepta occasione ex immenso thesauro, quem Papa defunctus reliquisse dicebatur. Quapropter Stephanus de Columna arma sumit, & manibus utrinque consertis Romam cædibus funestat. Verum qui prior vim intulerat, de victus terga vertere cogitur. Paulopost Massius Presbyter ex Ord. FF. Minorum, qui Eugenium ad requirendum prætensum thesaurum impulerat, manifestis te-

ftimo-